

- 57 Ante perficitur corpus, quam animus.
 58 Feminatatione humidioris temperaturæ augetur citius quam mas.
 59 Humiditas causat corpora facilius crescent.
 60 Ratio tardioris augmenti ipsius feminæ dum in materno utero commoratur.
 61 Mas in utero citius augetur, quam femina.
 62 In Femina maxima dominatur humiditas.
 63 Humiditas caloris actionem infringit.
 64 Pubertas qua anno absolvatur.
 65 Plena Pubertas, quando fit. & numeris 67. 69. 70.
 66 Triplex Pubertas.
 68 Non est unum omnium pubescendi terminus. & n. 75.
 69 Ex quibus signis deprehendatur Pubertas.
 70 Corporis inspectio honestatis causa explosa.
 71 Tria Pubertatis signa, rejiciuntur numeris seqq.
 72 Pilorum eruptio non facit ætatis differentiam.
 73 Cocundi potentiam non esse pubertatis signum.
 74 Qui in Pube non sunt, coire possunt, non generare.
 75 Potentia cocundi præcedit pubertatem.
 76 Cervicium Pubertatis signum.
 77 In Pubertate magna sunt corporis mutationes.
 78 In pubertate dignoscenda corporis temperamentum considerandum est.
 79 Abb. frustra querit indicia demonstrantia in Pubere cocundi potentiam.
 80 Puberes an integram rationis usum habeant.
 81 Lex non permittit Puberibus omnia sua arbitrio agere.
 82 Puberes habent rationis usum, sed adhuc rudem.
 83 Puberes imprudenter se gerunt.
 84 Puberes a passionibus nimis vincuntur.

De Pubertate.

QVÆSTIO VI.

- 1 Pubertas in Pube dicitur, est autem Pubes lanugo, quæ maribus ut plurimum 14 anno, aut 15. Fœminis 12, aut tardius, circa pudenda oriri solet. Cagnol. in §. Impuberibus. ff. de reg. Jur. Calp. in diction. in verbo Pubes. Aulonius in Rola:
 Collige Virgo rosas dum stas novus, & nova pubes.
 Idem etiam apud Hippocratem significare reperies in lib. de Artic. vers. med. cum inquit, Pubes autem, & barba serior, & rarior increfcit, & alibi sepe. Cels. lib. 2. cap. 1. sue Med. Incipiente vero jam pube. Unde Pubes pro ipsis adolescentibus accipitur. Horat. lib. 2. Carm. od. 8.
 Pubes tibi crescit omnis.
 3 Dicitur præterea Pubes etiam pars ipsa, in qua pili emergunt in infima ventris regione posita, & sub qua vesica suam posituram habet. Russ. Ephes. de part. corp. hum. appellat. lib. 1. cap. 11. Hipp. in lib. de Nat. Puer. vers. med. At simulac mentibus, & genitura via patet, tum puero, ac virgini extrema cuticula rarefcens, pilus in pube nascitur. & in lib. de Carnib. Ac fortassis miram aliquem subeat, cur in axillis, & pube, & reliquo corpore pili multi succrescant, sic & Gal. in prim. Prior. com. 2. tex. 37.
 4 unde os illud huic parti substratum dicitur os pubis, ut apud Anatomicos videri potest, quorum auctoritatem in re nullius momenti minime necesse est adducere. Cæterum Pubertas id vitæ spatium dici potest, in quo primum pube in vitandis, alique corporis partibus erumpente, primum ad generandum aptus homo fit, patet ex Hipp. loco proxime adducto in lib. de Nat. Puer. Videtur enim hujus æta-

tis proprium pilos in prædictis partibus procreare, quibus omnino destituta reperitur superior ætas, qua de re cum inanem, ac futilem operam significare volebant Antiqui, illud iactabant, Barbam ad ulnis puerorum vellit, ut recitat auctor in Adagiis, quasi improprium, ac alienum quid ab ea ætate, proprium vero subsequens sit pilos in ulnis progignere, cujus rei rationem reddit Hipp. ubi supra, unde pro miraculo narratum est ab Heliod. hist. Æthiop. lib. 3. trans. med. quod Homero postridie 8 ab ortu pili in inguinibus nati sunt, ex quo casu cognominatus sit Homerus, cum antea Melesigenes vocaretur, licet sciam communem opinionem esse, cognomen Homeri illum à cæcitate reportasse, quemadmodum testatur Herod. in vita Homeri; sed hæc obiter.

Plato in dialogo de Regno, cum ex contrario superiorum Phæararum motu omnia retrocedere dixisset, homines etiam, quasi retrogrado augetur, immo decrefcendi modo, ad præctas jam ætates remeare narrabat, ex quo, inquit, Pubescendum autem corpora glabrescentia, & singulis diebus ac noctibus decrefcencia in recens nati pueri naturam abeunt. ubi glabrescere, hoc est, depilari dixit pubescentes, eo quia à pubertate ad pueritiam remeant, cum in naturali motu à pueritia ad pubertatem accedentes, pilos primum progignere consuefcant. & Avic. 1. 1. doctr. 3. cap. 3. definiens hanc ætatem, dicebat, esse ætatem illam, in qua homo barbescit, vocavitque illam patrio vocabulo Algalamie, & Alreach, hoc est ætatem pollutionis, quia tunc primum animal femem emittere solet.

Vocatur porro hæc ipsa ætas Adolescentia ab ædolendo; quia tunc maxime temporis corpus ad suum incrementum properat; licet, si ad nominis ethymologiam respiciendum sit, non hæc sola ætas dicenda sit Adolescentia, sed totum illud spatium, quod est à prima nascendi die usque ad completum incrementum, perfici solum ut plurimum 24. anno; uniuerso enim hoc tempore homo adolescit, & incrementum suscipit, ut in superioribus quæstionibus ex Fernelio annuebam, & fatetur ipse Hipp. in lib. de carnib. ante finem.

Quamquam autem realiter ita se res habeat, tamen hæc ætas pubertatis proprie adolescentia dicitur, quia manifestius, ac multo magis, quam in aliis præcedentibus, aut eam subsequens ætatibus, ac evidentiùs homo adolescit; & proprie hanc esse ætatem adolescentium ipse Gal. dixit. com. Aphor. 5. Aphor. 9. licet à 18 anno initium sumerit, tamen & adolescentiam, & pubertatem uno eodemque anno terminari ex ipso patet, ut infra videbimus.

Neque ob id, quod Gal. ubi proxime, ut dixi, & Fernel. loco citato Physiologia lib. 3. cap. 10. & ex Iurisperitis Gloss. in §. Minor nat. Inst. de adopt. & Port. ibid. dixerint, Adolescentiam à 18 anno ad 25, 12 enumerari, idcirco dubites, non unam, eandemque esse cum pubertate, quia si quod inde dubium insurgit, ex infra dicendis facile diluere poteris.

Dicitur etiam hæc ipsa Pubertatis ætas, Ætas discretioris. Albero in diction. in verbo Ætas discret. & recte, cum tum primum pueri alicujus rationis videantur fieri participes; atque ea de re Plato in Convivio, hanc ætatem primum mentem habere affirmabat, sub persona Paufania dicentis, Non enim amant pueros priusquam inceperint jam mentem habere; hoc autem tempus vicinum est illi, quo pubescentes barbam producere incipiunt. Merito er-

Quæstio VI.

De Ætatibus, & iis que ad ætates pertinent.

- go, & admodum prudenter jam huic ætati per Leges conceditur facultas condendi testamentum. 1. Qua etate ff. de Testam. & qui testam. fac. pass. Minor autem, quod hæc ætas dicitur Tenera, ut testatur Albericus in Diction. in verb. Tenera etas, & videtur etiam Cels. sue Med. lib. 2. cap. 7. teneras ætates vocasse iuuentutem præcedentes, & tamen hoc nomen, seu cognomen magis superioribus ætatibus convenire posset, licet etiam huic aptari posse contendamus, sed hæc levis momenti sunt.
 16 Videbatur quoque debere dici hæc ætas florida, 17 seu florens, cum pubescencia in homine responderet dixerit Arist. 7. de hist. Anim. cap. 1. in princ. quod in stirpibus florere dicimus ex Alceoneis Crotoniatæ sententia. Quamquam Gal. 2. de san. tuend. cap. 2. class. 1. & 2. de Temper. c. 2. class. 1. & alibi millies, & Paul. sua Med. lib. 1. cap. 14. & Fern. loco sepius citato, ætate florentes appellantur iuvenes à vigesimo anno supra. Tamen, si quid nomini attendendum est, Florentis nomen huic ætati magis convenire dixerim, præsertim cum animadverterim circa menstruum exitum, tamen in 1. de Dieta florentes ætatis nomen omnes comprehenderit, quæ senectutem præcedunt; in communi tamen loquendi modo in ætatis flore constitutos dicimus in hac ætate positos. Terent. in Eunuch. Act. 2. Scen. 3.
 P. Anni? C. Anni? sexdecim, stas ipse.
 20 Nec mirum est hanc ætatem gratam appellasse Homerum Odys. lib. 10. & lib. ultim. quia floridus similis est, unde inquit:
 Iuveni viro similis.
 Primum pubescens, cuius gratissima est etas.
 21 quem locum refert Plato in Protagora in principio. Sed Ter. in Andr. Act. 1. Scen. 1. hanc ætatem vocavit integram.
 egregia forma & etate integra.
 Denique hæc ætas appellatur nubilis. cap. Puberes de desp. Impub. Lud. Ro. sing. 237. num. 3. Covarr. Releit. Tom. 1. par. 2. cap. 5. num. 2. Surd. conf. 363. num. 8. Tom. 3. Sanazar. de Marim. Art. 4. num. 7.
 22 Dicitur autem virgo seu femina nubilis, non vero puer nubilis, nisi improprie, quia proprie femina nubit, non vir. Calepin. in verbo Nubio. Unde Ovid. Metamorph. lib. 1.
 Pronuba quid Iuno, quid ad hæc Hymenæe ventris Sacra, quibus, qui ducat abest, ubi nubimus ambe?
 23 quamobrem cum virum uxori subijci significare volumus, illum uxori nupsisse dicimus, quasi is uxori serviat. licet Iuvenal. Sat. 2. dixerit:
 nubit amicis
 Nec multos adhibet.
 proprium tamen, ut dixi, femina nubere est, non aliter enim bonos eo verbo fuisse usos reperies. Plaut. in Cistell. Act. 1. Scen. 1.
 — — — — — LE. heia!
 Hæc quidem ecastor quotidie viro nubit, nupsit q3, hodie, Nubet mox noëu.
 Sed de hoc verbo plura vide apud Tiraq. in leg. com. Gloss. 1. par. 5. num. 4.
 24 Cæterum qui in pube sunt, & ad annos pubertatis pervenerunt, dicuntur Ephæbi. Cagnol. §. in impuberibus. ff. de reg. Jur. num. 1. Calep. in Diction. in verbo Ephæbus.

Incipit vero pubertas in pluribus, & ut plurimum, ut communis fert opinio à 14 anno. c. Is qui, de 25 reg. & trans. ad Reiq. §. Pubertatem. Inst. quib. mod. tue. finit. summa Hostien. lib. 4. de desp. Impub. num. 3. Abb. in cap. Puberes de desp. Impub. num. 2. Aret. in §. Minor. num. 11. Inst. de Adop. Inf. in l. Impuberibus. num. 2. ff. de acquir. hered. Facit pro Medicis Hipp. locus in Coacis Prevention. sent. vel. tex. 512. Gal. Aphor. comment. 3. Aphor. 27. & comment. 4. Aphor. 7. extr. ord. class. & 6. de san. tuend. cap. 2. class. 2.

Sed Fernel. loco sepius cit. Physiol. 3. cap. 10. pubertatem à decimo anno initiari vult, cum tamen 26 pro comperto sit, decimumquartum annum à suscipiendis, ab aliis Medicis, cæterisque quibusvis assignatum præcociorem terminum esse, quam par sit; habet enim locum in calidioribus regionibus, & temperataris, at in uniuersum non ita, quamobrem Gal. præcociorem terminum non adduxit decimoquarto anno, neque ad illum se restrinxit; quinimo loco jam citato de san. tuend. nonnullos tardius, quam decimoquinto anno pubescere affirmavit, quin & alios in 14 anno pubertati solam proximam fieri dicebat. At terminus hic quatuordecim annorum locum habet in masculis secundum Legumperitos, nam in feminis alias procedere voluerunt, scilicet, quod hæc in 12 ad pubertatem perveniant, ut ex supra dictis auctoritatibus habetur, quibus addi potest Gloss. in lib. 2. de his qui veniam et. imp. Dec. in c. pub. de desens. Impub.

Mitor tamen, quo pacto hunc terminum adeo præcociem in feminis assignaverint; cum, si videns æc infallibile in iis pubertatis signum est concipere, & generare posse ex millies citato c. puberes, & ex Abb. ibid. num. 2. & Hostien. ibid. lib. 4. num. 4. & ob eam rem hæc ætas Venereæ potestati subijcitur, ut ex Procli sententia tradit Cal. Rhodig. lect. Antiq. lib. 19. cap. 22. & Epiphon. Ferdin. Theor. lib. 1. Theor. 19. & ob eam ipsam causam tunc virgo viripotens dicitur, §. 1. Inst. Quib. mod. 37. in fin. mas quidem generare non potest priusquam semen emittat, nec mulier priusquam menstrua patiat, ut probat abunde Gentil. quæst. med. 39. vers. sciend. 2. ergo tunc pubescere dicendum putaverim marem, cum primum semen emittit, feminam, cum primum menstrua experitur. favet opinioni huic ipse Hippoc. in lib. de Gent. in principio, qui virginibus mentes non prodire dixit intra, hoc est, ante pubertatis tempus, ita ut non nisi menstruis prodeuntibus virgines puberes fiant; & manifeste tunc animalia in pubertate esse, cum semen emittunt, tradit Arist. §. de hist. Anim. cap. 14. & Probl. sect. 4. probl. 4. & Alb. Magn. de Animal. lib. 5. tract. 2. cap. 1.

Verumtamen, si experientie credendum est, ex 34 feminis vix duodecimam partem duodecimo anno purgari compertum est, immo & multas ex iis, quibus etiam calidius temperamentum à natura inditum est, vix in ipso decimoquarto in hisce nostris regionibus purgari diligenti adhibita cura cognovi, licet nonnullas, sed numero paucissimas, duodecimo anno; aut etiam citius purgari compererim, inter alias vero puellam carnosam, ac boni habitus, quæ novem annis minor, recte, ordinate, multum, & assidue purgabatur. similes vero historias, quæ tamen ordinem naturæ non pervertunt, præcocioris purgationis in puellulis, & de puellula recenter nata menstruis obnoxia recollegit

git. Schenck. lib. 4. *Obferuat. Medicis. Ros. vit. de Menstr. purgat.*

35 At si ius adaptari debet his, quae secundum plurimum erant; non vero iis, quae de raro contingunt, ut habetur per l. ex bis, § per l. seq. ff. de leg. § Sen. conf. § per l. Neque Leges ibid. si pubertatem tunc esse praesentem dicendum sit, cum foemina purgari per menstrua incipit, tunc enim, & non ante generare potest, terminum duodecim annorum a Iurisperitis assignatum praecociorem esse, quam par sit, concludendum. Faciunt ad meam sententiam roborandam multa doctorum hominum testimonia, ac omnium primum Hesiod. in lib. 2. oper. & dicit, apertissime mihi fauentis in haec verba: *longe tibi uxorem dum firmus adhuc vigor adsit, ut Aenos cum numeris ter denos, plusve minusve tempus est conjugium, decimo sed foemina quarto Anno pubescit, nubit mox deinde sequenti.*

39 Neque parvi facienda est Hesiodi auctoritas, ut quae a magnis viris, & scientia eminentissimis ad suas rationes, & assertiones roborandas saepe saepius adducta fuerit, ut a Plat. 5. de Rep. ubi illum sapientem appellat, (quod etiam nomen reportat ab Arist. in lib. de Xenoph. Zen. & Georg. in princ.) § 8. ejusdem de Rep. in princ. § in Charmide, sive de Temperantia prope principium § 3. quoque de Legibus Salub. § ab Arist. Probl. sect. 4. probl. 26. necnon etiam 40 a Gal. de consuet. anim. peccat. not. atq. med. cap. 4.

Quod tamen de tempore nubendi Hesiod. tradidit, (& hoc obiter dicamus) contrarium est sententiae Plat. 5. de Rep. § 4. § 6. de Leg. in fin. qui foeminas non nisi vigesimo anno nubere voluit, licet in praesent. sexto de leg. etiam in 18. admittat. cui consentit Arist. Polit. 7. de viris autem omnes consentiant, quod in trigesimo uxorem ducant. de aetate autem ad matrimonium apta tam in viro quam in foemina copiosissime ex quamplurimis auctoritatibus Tirag. Glo. 1. par. 6. l. 6. per tot. in leg. com. & posthunc Covarruvias de spons. & matrim. par. 2. cap. 5. num. 1.

41 Sed ad rem redeuntes, non desunt etiam aliae quamplurimae auctoritates ad demonstrandum duodecim annorum non esse verum pubescendi tempus, aut frequentius in foeminis, sed potius decimumquartum; inter quas est Macrobius locus in 1. de somn. Scip. cap. 6. vers. fin. qui, Post annos, inquit, bis septem ipsa aetas necessitate pubescit, tunc enim moveri incipit vis generativa in masculis, & purgatio foeminarum, quamquam testatur propter votorum festinationem, hoc est, ut Iurisperitorum modo loquamur, propter doli capacitatem, tutelam maturius biennio absolvi legibus, & licet Saturnal. lib. 7. cap. 7. dixerit, foeminam duodecimo 43 anno pubertatis aetatem attingere, loquitur tamen eo loci secundum Iuris dispositionem, non secundum rei naturam.

44 Addantur his plurimorum Medicorum auctoritates, inter quas primum obtinet locum Hipp. jam supra adductus. Paul. sive Med. lib. 3. cap. 60. Mulierum, inquit, plurimis menses 14. anno fluere 45 incipiunt, paucis vero ante 13. aut 12. plerisque autem post 14. cui assentitur Aetius lib. 16. cap. 51. & Tretula, (quem ex aliquorum sententia foeminam fuisse tradit Mercurial. de morb. mul. lib. 1. cap. 4.) Genitil. quae 39. vers. sciend. 2. & alii penne omnes, inter novissimos autem satis sit adduxisse Mercurium in lib. cui tit. la Commare lib. 1. cap. 16. & Laurentium Anatom. lib. 8. quaestio. 7. 46 ubi & ejus rei rationem habet. Non conticenda vero

Aristot. assertio 1. de Gen. Anim. cap. 20. § 7. ejusdem cap. 1. quibus in locis eodem tempore foeminis profluere menstrua firmavit, quo maribus semen; patet autem, non ante decimumquartum menses, ut plurimum semen emittit; non ante decimumquartum ergo ex ejus sententia foemina pubescunt, quia non ante menstrua patiuntur, & ita se rem habere firmat Alex. probl. lib. 2. probl. 38. & Alb. Magn. de Anim. tract. 2. cap. 1.

Licet ergo causam a Gellio adductam, votorum nimirum in foeminis festinationem libens admittam, movisse legislatores, ut in illis tutela maturius biennio absolvat, tamen quoad pubertatem, si ejus terminus in foemina pro rei natura est constituendus, decimusquartus potius, quam duodecimus constituendus est, veluti etiam in masculo, in quo tamen serior constitui posset: pauci enim in decimoquarto 47 pubescunt, & ii quidem, qui natura calidiores sunt, plures decimoquinto, aut etiam decimo sexto, ut ex supra citatis Gal. auctoritatibus clare patet.

Negari namque nullo pacto potest, foeminam 48 semper citius mare pubescere, facta comparatione inter calidam foeminam, & marem aequaliter calidum, semper enim foemina marem per anni diem, aut etiam integrum annum in pubescendo antecedit, quod & ipse Hipp. testatus est in lib. de septim. par. vers. fin. § 6. de morb. vulg. sect. 2. tex. 35. & cum eo alii omnes.

Cujus rei rationem, cum reddere niteretur, Hosi. lib. 4. tit. de desp. Impub. num. 1. nescio quam 49 auctoritate fultus, aut quae scientia munitus, quae edoctus experientia dixerit, foeminam citius ob id pubescere, quod & calidior, & ingeniosior sit viro. Nec desunt Hostien. & auctoritates, & rationes ad illud firmandum, quas tamen si profecto ille non adduxerit, tamen adducamus nos imrejus sententiae favorem. Ratio ergo in promptu est; quia foemina 50 multo magis, quam mas sanguine referta conspicitur, ergo & calidior censenda est, sanguinis enim multitudo non nisi ex calore provenit. Accedit Hipp. auctoritas in 1. de morb. mul. ubi haec reperies, Calidior enim sanguinem mulier habet, ideoque viro calidior est, cujus opinionis fuit etiam Parmenides, testante Aristot. 2. de partibus Anim. cap. 2. in principio, alias insuper rationes adducunt, qui eam quaestionem ex professo discutunt; quos infra citabimus.

Vetumtamen eum realiter foemina viro sit frigidior, & humidior, ut omnes caeteri Philosophi, ac Medici consentiant, Hipp. in lib. de Nat. Puer. § 1. de Vit. rat. non longe a fine. Arist. ubi proxime cap. 3. § 4. de Gen. Anim. cap. 20. Gal. 2. de fem. cap. 4. class. 1. & comm. Aphor. 3. Aphor. 11. extr. ord. class. Avic. 1. 1. doct. 2. cap. 3. late Macrobi. Saturnal. lib. 7. cap. 7. latissime porro Conciliat. differ. 28. per tot. Valles. controv. Philos. ac Med. lib. 1. cap. 9. Costaeus in disquisit. Physiol. lib. 3. cap. 3. Epphan. Ferdin. Theor. lib. 1. Theor. 23. Ravar. Contrad. Med. Hipp. contrad. 38. Andr. Laurent. Anatom. lib. 8. quae 2. per totam, & novissimus Nancel. in Analog. Microscop. ad Macrosc. lib. 7. par. 3. probl. 2. & alii omnes, nullius valoris remanet Hostien. ratio, quae ab ipso Aristot. ubi supra tamquam falsa reprobat. rationibus autem vel adductis, vel quae adduci possent, respondent praedicti omnes; Hippocraticis vero auctoritas pro iplo adducta quomodo intelligenda sit, non est praesentis loci inquirere, satis pro nunc sit, simpliciter acceptam veritatem non habere, licet

licet satis aptam ejus rei declarationem afferat Romanus ubi supra, tamen, qui textum illum Hipp. germanum non esse, sed adjectivum voluerunt, quos citati & sequitur idem Laurent. ubi supra vers. fin.

52 Duplici ergo ex causa, si veram ejus rei rationem quaeramus, foemina citius mare pubescit; ob naturalem nimirum ejus imperfectionem, & ob innatam sui temperamenti humiditatem; imperfectior enim est foemina mare, ut cum Aristot. sentit Gal. lib. 14. de Usu par. corp. hum. cap. 5. class. 1. quatenus igitur foemina respectu maris imperfectior est, minus spatium requirit, ut suam integram perfectionem assequatur, quam requirit vir, cujus perfectio major absque dubio est: tempora enim perfectionis & imperfectionis, hoc est augmenti & decrementi, respondere sibi debent. Arist. in lib. de mor. § vir. patet autem, in foemina multo citius advenire decrementum, citius enim generare desinit, citiusque senescit, quam vir, imperfectior vero ipsius ex debiliore emanat calore, & idcirco, licet citius consenscat, citius etiam incrementum in ea absolvitur. Gal. in 6. de Morb. Vulg. comment. 2. tex. 45. class. 3. Hanc autem rationem in medium primum adduxisse videtur Hipp. in lib. de sept. par. in fin. & in lib. de nat. Puer. dicens, propter corporis imbecillitatem id evenire puellis ut citius, quam mares pubescant, sapient, & consenscant; cui assentitur Aristot. 4. de Gener. Animal. cap. 6. Hac ipsa quoque ratione usus videtur Macrobi. loco citato, comparando foeminas exilibus pomis, quae multo celerius quam robustiora maturescunt.

Ac profecto in quovis rerum genere illud ipsum 56 evenire apparet, ut semper perfectius tardius, quam id, quod imperfectius est, augetur & absolvetur; pro exemplo ad hominem ipsum confuge, in quo primum ea, quae ad corpus ipsum pertinent, perficiuntur, dehinc ea, quae ad animum, quia animus corpore multo perfectior est.

Sed non solum, ut dixi, ratione suae imperfectioris, sed etiam ratione humiditatis suae temperaturae, & corporis ipsius mollitiae foemina citius, quam mas concrefcit; ob id enim corpora in omnes dimensiones facilius & citius sese extendunt, teste Gal. in loco proxime allegato de Morb. Vulg. Potest tamen hic objici, curam haec ipsa foeminae imperfectio ac temperatura, quae ipsam extra uterum multo celerius, quam marem concrefcere facit, non idem etiam, & cum illa in utero est, efficere valeat: nam & experientia, & omnium magnorum virorum auctoritate constat, marem in utero citius absolvi, & ad debitam perfectionem 61 pervenire, quam foemina faciat. Hipp. in lib. de Nat. Puer. § 1. de Diet. & de morb. Vulg. sect. 2. tex. 35. Aristot. 4. de Gener. Animal. cap. 6. & ibi Avic. Gal. 2. de fem. cap. 5. class. 1. Avic. 21. 3. tract. 1. cap. 2.

Pro hujus dubitationis responsione ad Aristotel. eo loci lectorem remitterem, sed praesentaneam 62 habeat responsonem, dico, quod in foemina tanta dominatur humiditas in suo primo exortu, (omne enim animal humidissimum, cum exortui vicinum est. Hip. lib. 1. de Diet. non longe a fin.) ut calorem nativum obruat, ac ejus actionem ita impediatur, ut illum 63 materiam suo libitu vegetare non permittat, humiditas enim caloris actionem infringit. Conciliator (Petrus Aponensis) differet. 12. Facit huic rationi ipsius Hip. auctoritas in lib. de Nat. Puer. non longe a f. extra uterum vero quia & primigenia illa hu-

miditas sensim deperditur, & calor indies invalescit, facilius in debitam molem, quam primum libuerit, potest molliora ipsius foeminae membra atollere, cum ipse nunc humidus dominetur, nec ab eo, ut antea, obruatur.

Sed cum haec ad Iurisperitos minus fortasse pertinere videantur, ad rem redeuntibus dicendum jam est, quo anno pubertas finiatur, ac profecto non unum, sed multiplicem apud Leges, & earum interpretes videtur terminum sortita fuisse; nam II. in sepius cit. § Minor. natu. Instit. de Adoption. § ibi Port. num. 4. & l. Arrogat. ff. de Adoption. § emancip. § l. Carbonian. C. de Carbonianum. edic. summ. Hostien. lib. 4. de desp. Impub. num. 3. & lib. eod. de frig. & malef. num. 13. Zabarell. de Aetat. § quar. c. generalem. num. 4. Farin. in praes. crim. lib. 3. par. 2. Tom. 1. quae 1. 42. num. 20. plenam pubertatem con- 65 stituunt in decimo octavo anno.

Sed Gloss. in citat. l. Arrogat. triplicem facit pubertatem, plenam in decimo quarto, pleniorem in 17. plenissimam in 18. quam imitatus Nicas. in 8. Minorem nat. num. 4. lib. 1. de Adoption. tit. 11. addidit, aliquando etiam plenam dici pubertatem anno 15. Abb. vero in c. Tusa. num. 2. de despons. Impub. § Hostien. ubi supra num. 3. Aret. in 5. Minor. nat. de Adoption. & alii, pubertatem ad 25. annum protendi voluerunt, quibus favet ex nobis Gal. in locis supra citatis, etiam ex ipsius Hipp. auctoritate, ut jam supra retuli.

Dicendum videtur, quod, quemadmodum non est unus idemque terminus omnibus pubescendi, sic 68 neque pubertatem finiendi. Gal. Aph. comm. 3. 69 Aph. 27. ut plurimum tamen eam ad 25. annum extendi, si ad animi corporisque constitutionem respicias; tam corpus enim quam animus usque ad hunc terminum semper proficere videntur, ita ut tam hic, quam illud hoc tempore perfici videatur: 70 at si ad generandi virtutem respiciamus, recte in vigesimo pubertatem dici posse absolutam, hoc namque aetatis spatium aptissimum jam ad generandum homo videtur esse. Alb. Magn. 5. de Anim. tract. 2. cap. 1.

Sed illud apprimè Iurisperitos defatigavit, ex 71 quibus nimirum signis pubertas cognosci possit: nam corporis inspectio, qua antiquitus utebantur, & quam etiam admittit Plat. 11. de leg. iran. princ. 72 à Iustiniano honestatis causa explosa fuit, ut habetur in 5. Pubertatem. Instituta. Quib. mod. tur. fin. unde Abb. in cap. Puberes. de despons. Impub. summ. Host. lib. 4. de despons. Impub. num. 4. & 5. tria signa pubertatis assignarunt, hoc est aetatem qua- 73 tuordecim annorum, pilos in pudendis, & scoeundi potentiam.

Sed & haec ipsa signa fallacia esse cuilibet patere 74 potest, quia quantum ad primum, supra jam ex Gal. probavi, non esse unum omnium certissimum pubescendi terminum, & alios citius, alios etiam serius decimoquarto anno pubescere, ita ut si ad individua te conferas, & de illis judicare oporteat, fallax omnino signum habiturus sis ex annorum quantitate.

Quoad secundum, bege dicebat Fernel. in rationes citato cap. 10. lib. 3. Physiolog. aetatum differentiam non facere pilorum eruptionem, & hujusmodi quid- 76 plam, sed conversionem temperamenti ex intrinseca causa accidentem; unde etiam pullulante pube, potest quis secundum hanc sententiam adhuc esse impubes; praeterquam quod, ut hujusce signi

certiores efficeremur, jam ad corporis inspectionem devenire nos oporteret à Legibus nuper repudiata, & in eundem lapidem impingeremus.

77 Quoad tertium, si honestatis causa rejecta est corporis inspectio, multo magis ejusdem honestatis causa hoc ipsum signum rejiciendum; nam vel ad inspectionem ipsam, vel ad ejus evidentiam ad actum devenire oportebit, quod non solum cum honestatis detrimento, sed etiam non absque peccato fiet. Adde quod & hoc ipsum signum fallax est; proprie enim non potentia coeundi, sed potentia generandi est certum ac infallibile pubertatis signum; nam & hi, qui in pube non sunt, coire aliquando possunt, generare tamen nequaquam, quia semen non emittunt; neque enim semen ante pubertatem, sed in pubertate prodit, ut alias ex Arist. & Alb. Mag. dixi, quamobrem potentia coeundi præcedit pubertatem, ut idemmet Abb. factus in cap. A nobis de despons. Impub. num. 3.

Cum ergo ab his meliora non adducantur, & signa adducta fallacia sint ad probandam præsentem pubertatem, alia veniunt proponenda. Ac profecto nullum magis certum, ac minus fallax potest proponi signum, quam insignis ac cita, & quasi subitanea corporis mutatio; Magnas enim fieri in pubertate in corporibus mutationes, non solum ex Gal. imò & Hippocr. auctoritate. Aph. lib. 3. Aph. 28. Alex. probl. 1. probl. 125. Fernel. Physiol. lib. 7. cap. 7. patet, sed ex ipsa rerum experientia palam fit: nam corpus in multo minori spatio, quam alias par esse videretur, in proceritatem attollitur, membra etiam in latum distenduntur, mores immutantur ita, ut nescio quid fincerioris, ac magis sanæ mentis præ se ferant, vox ex tenui & exili crassior & fortior apparet, quod pro præcipuo pubertatis signo ponit Alb. Magn. ubi supra. In feminis autem pectus, & mamma præ cæteris partibus amplificatur ac intumescunt, aliaque sanitatis & morborum mutationes sese produnt, ut Hipp. docuit in lib. de Ostim. par. in fin. & cit. Aphor. 27. lib. 3.

83 Cum his præterea corporis inspicendum est temperamentum, quo cognito, & de aliqua insigni corporis mutatione certior factus Iudex, ætatis quantitate, aliisque adminiculis simul junctis, facile declarare poterit, an hic, de quo judicium ferre debet, pubes jam factus sit, nec ne.

Iam vero supra declaravi fallaciam ejus conjecturæ, quæ ex coeundi potentia desumitur; quamobrem frustra Abb. in c. de Illis et. 2. de despon. Impub. num. 4. venari studet, quibus iudiciis in cognitionem venire possimus, an puer ad coeundum potens sit, nam his etiam iudiciis investigatis, ac reperitis, immo de ipsa coeundi potentia certiores facti, adhuc non erit manifestum, adesse pubertatem ex supradictis.

85 Denique videamus, an Puberes integrum rationis usum habeant, & consequenter apti sint ad quæcunque civilia negotia indifferenter gerenda: & illi quidem non permittunt his omnia suo arbitrio gerere, sed eos curatoris tutela muniri voluerunt.

87 Dicendum videtur, quod Puberes habeant quidem rationis integrum peno usum, adhuc tamen rudem ac imperfectum, & ubi ratiocinatione opus est, eos minimum valere, quamobrem omnia absque prudentia agunt, & rectè Homer. Odyss. 7. Sic non sperares juniorem obviatam facere. Semper enim juniores imprudenter agunt. Iure merito igitur à negotiis gerendis à legibus

eliminantur, & ad sua propria gubernanda curator datur illis. §. Mascari. Instit. de Curat. nimis etenim à passionibus vincuntur, & in voluptuosis impetu quodam irrationali feruntur, ita ut vix ab ulla ratione deterreri possint, teste Plat. & Gal. in locis jam supra adductis, immo ipsa commonstrante experientia; cum vero hæc supra quam res patiatur nota sint, jam huic quæstioni finem imponamus.

S V M M A R I V M.

- 1 Adolescentia & Pubertas sunt una eademque ætas.
- 2 Inventus quæ ætas sit. §. num. 28.
- 3 Inventus ex Arist. est prima refrigerativa particulæ augmentatio.
- 4 Adolescentia quæ ætas sit.
- 5 Invenis dicitur quis post adolescentiam.
- 6 Post 25 annum completur virilis vigor.
- 7 Quando quis dicitur juvenis.
- 8 Inventus dicitur ætas robusta, firma, integra.
- 9 Ætas perfecta quæ.
- 10 Animal tunc perfectum est, cum totale sibi debitum incrementum adeptum est.
- 11 Perfecta ætas ex Viris statuo est in vigesimo anno.
- 12 In Romano aere homines citius perficiuntur.
- 13 Perfecta ætas ex Macrobio quæ.
- 14 Legum cum Macrobio conciliatio.
- 15 Ætas legitima quæ.
- 16 Ætas legitima completa est 25 anno.
- 17 Completa. i. initiata.
- 18 Perfecta ætas non dicitur ante 30 annum.
- 19 Ætas plena.
- 20 Inventus in 25 anno incipit.
- 21 Invenis quis dicitur ex l. Non aliter.
- 22 Seniores dicitur in septuagesimo anno. contrarium num. seq.
- 24 Senior multipliciter dicitur.
- 25 Inventus terminus ex Abb. & aliis.
- 26 Inventus terminus ex Medicis.
- 27 Medicorum opinio approbata.
- 29 Declinatio in homine quando appareat.
- 30 Inventum à virilitate non distinguunt Legumperiti.
- 31 An in terminis aliarum ætatum constitutus possit homo senescere.
- 32 Senectus quid.
- 33 Senectus cur multa concedantur.
- 34 Dupliciter ante tempus quis potest senescere. §. num. 38.
- 35 Naturarum nonnullæ citius, alia tardius senescunt.
- 36 Vita ex calido innato humido junctio procedit.
- 37 Ex morbo in senectutem quomodo quis cadere possit.
- 39 Ea, quæ seni conceduntur à Legibus ob corporis imbecillitatem, an procedant in aliis, qui ante tempus senescunt.
- 40 Ea, quæ in senes ob rerum experientiam locum habent, an procedant in iis, qui ante tempus senescunt.
- 41 Experientia ex annorum multitudine senes habent.
- 42 Invenis non potest esse sapiens.

De Inventute.

QVÆSTIO VII.

DE Adolescentia pluribus agere supervacaneum omnino esse mihi videtur, cum una eademque ætas sit cum pubertate, ac sit potius genericum quoddam nomen pluribus ætatibus conveniens, ut jam

jam supra dixi, ad Inventutem ergo nobis transeundum.

Primum ergo breviter videamus, quænam ætas sit proprie Inventus, ac dicamus, Inventutem esse eam ætatem, quæ succedit post totale corporis incrementum, præcedit autem caloris nativi primam declinationem: nam omitam pro nunc Arist. definitionem in lib. de Invent. senect. & c. 14. hoc est, Inventus, est primæ refrigerativæ particulæ augmentatio, ut quæ longa explanatione indigeret.

Sed nostræ definitionis ratio talis est. Adolescentia ex Fernel. loco millies citato est ætas, in qua homo, vel animal quocumque suum suscipit incrementum, cui incremento ætas juvenutis succedit, & sic post adolescentiam omnes immediate enumerant Inventutem. unde juvenem dici quem post Adolescentiam tradunt ipsi Legumperiti. Dec. in l. si pecuniam. n. 6. ff. si cert. pet. & ex Med. Gal. Aph. comm. 5. Aph. 9. Avic. 1. x. doct. 3. cap. 3. & idcirco post ætatem 25 annorum, ad quos se extendit Adolescentia, compleri dixerunt virilem vigorem. Mant. de consuet. Viril. Vol. lib. 5. tit. 12. num. 26. completur ergo, dum virilis iste vigor, qui non nisi postquam corpus suum debitum incrementum accepit, completur, tunc ætas illa juvenutis ætas est. nam postquam nativus calor membra vegetando in debitam molem suffulit, tunc in semetipsum recollectus major evadit, ac vigoratur, atque hac ratione non solum corporis, sed & animi vires tunc temporis mirum in modum augetur; quapropter non ab hæc ætas dicta est ætas Robusta l. si Maritus. §. lex Julia. ff. ad l. Juliam de Adult. & stupr. Albericus in Diction. in verbo Ætas robusta. Mascari. de Probat. concl. 666. num. 11. vol. 2. & merito, cum tum maxime viribus pollet animal, unde Nestor apud Homer. Iliad. 14. Hastas autem trahunt juvenes, qui me Minores natu sunt, considuntque viribus. Celso vero Rhodigino lectio. antiq. lib. 26. cap. 20. ætas hæc dicitur firma & integra, sed fortasse hæc nomina in ejus sententia communia sunt etiam confidenti ætati. Celsus vero sua Med. lib. 3. cap. 22. firmissimam ætatem vocavit à 12 ad 35 annum. Ob eandem ipsam causam, complementi scilicet virilis vigoris, vocata est hæc ætas Perfecta l. Crem. de In debito. §. 1. de Probat. Glo. in §. Ita tamen Instit. de fid. tue. Aret. in §. est & alia num. 4. ibid. Nicaf. ibid. num. eod. tit. 19. Mant. de Consuet. ult. Vol. lib. 5. tit. 12. num. 26. quia tunc maxime animal perfectum videtur, cum totale incrementum à natura sibi debitum, est affectum.

11 Quamquam urbis statutum perfectam ætatem constituit in 20 anno, ut testatur Gratian. disceptat. for. cap. 55 §. num. 3. & cap. 488. num. 4. & §. Tom. 3. qui terminus longè præcedit terminum alias Adolescentiæ assignatum, ut ex superioribus patet, & ex infra dicendis patebit. statutum tamen Viris non ab re fortasse voluit, perfectam hæc ætatem multo celerius locum habere in suo proprio celo, quam alibi: notum enim est (& notant nonnulli Jurisperiti, quorum ad præsens non memini) in hoc Romano aere homines & corpore, & animo multo celerius perfici ut plurimum, quam alibi locorum.

Macrobiius tamen in Somn. Scipion. lib. 1. cap. 6. circa finem, perfectam ætatem tunc præsentem esse dixit, cum numerus septenarius se ipsum multiplicat, hoc est in anno 49. ejus autem verba hæc sunt, Notandum verò, quod, cum numerus septem se

ipsum multiplicat, facit ætatem, quæ proprie perfecta & habetur, & dicitur, adeo ut illius ætatis homo, utpote qui jam perfectionem & attigerit, nec dum præterierit, & consilio aptus sit, nec ab exercitio virium alienus habeatur. ex quibus videtur Macrobius longè aliter sentire, quam supra à nobis dictum sit, & à legibus decifum. sed dicendum à legibus magis respexisse, seu primò respexisse ad perfectionem corporis, quam animi, Macrobius primo ad perfectionem animi, deinde ac consequenter ad perfectionem corporis, unde est quod utraque sententia vera sit respectivè ad id, quod ipsæ respexerunt.

Sed hanc ipsam ætatem Leges appellatur Legitimam l. fin. C. de his qui ven. et. impetr. Cagnol. in l. 15 2. de pact. num. 158. tom. 2. Nicaf. in §. Minor nat. insti. de Adoption. lib. 1. tit. 11. n. 4. Mascari. in specul. An. part. 6. num. 80. Mascari. de Probat. concl. 665. num. 8. vol. 2. & concl. seq. num. 46. quamquam in cit. l. fin. legitimam, & perfectam ætatem completam esse dictum est in 25 anno. ego tamen, nisi verbum illud completam, interpreter initiatam, nescio quomodo à repugnantia possit hic textus defendi; quomodo enim antecedens ætas legitima, ac perfecta dici potest, si adhuc & quoad corporis incrementum, & quoad animum ipsum imperfectus homo est? non mirum ergo, si alias in c. Episcopus dist. 83. perfectam ætatem non dici ante trigimum annum, traditum sit.

Præterea hæc ipsa ætas plena dicta est l. fin. §. san. 19 cimus C. de bon. qua. lib. & ibi glo. Mascari. in supra cit. concl. 665. num. 11. & jure, cum plena omnia tunc esse videantur tam quoad corpus, quam quoad animum, corpore debitum jam incrementum assecuto, & animo integro consilio jam dotato; quæ de re ex corporis incremento etiam animi incrementum esse adeptum jactat Telemachus apud Homer. Odyss. 2. dicens: Nunc autem quando jam magnus sum, & aliorum verbum Audiens, sapio, & jam mihi augetur intus animus. Simile etiam est illud Hor. ferm. lib. 1. Sat. 14. Simul ac duraverit ætas Membra antimumque tuum, nabis sine cortice.

Cum ergo ex superioribus jam Pubertatem, & Adolescentiam, in simulque corporis augmentum usque ad 25 annum perdurare apertum sit, ab inde Inventus enumeranda venit, ita ut in hoc anno ut plurimum habeat suum primum terminum, qui autem pro secundo atque altero termino poni debeat, magna controversia est, dissentientibus inter se Jurisperitis, qui neque cum Medicis in eare magnopere conveniunt.

Nam l. Non aliter. §. ultimo. ff. de leg. 3. annorum numerum Inventuti non adscripsit, atque eo pacto in rem dubiam reliquit; Iuvenem enim dici posse, inquit, quemquam cum excessit Adolescentiam, quo usque inter seniores connumerari incipiat; sed cum & de senioribus dubitari contingat, quinam eo nomine sint insigniendi, nec ipsa lex hoc decisum reliquerit, videtur ignotum per ignotius significasse.

Licet glo. ibi, & alias in l. Harred. comput. ff. ad l. Falcidiam, ejus textus verba exposuerit, Quod seniores dicantur in septuagesimo anno constituti, quod tamen non semper habere veritatem ex ipsa glo. patet; nam seniores multipliciter dicuntur pro rerum agendarum diversitate, ut inferius patebit.

25 *Abb. in e. Quon. freq. ut lit. non contest. num. 18. & Gramma. decif. 34. num. 4. & alii dixerunt, Iuuentutem à 25 anno initiari, terminari vero ad quinquagesimum; & idem videtur inferri posse ex c. ut inter divin. de sacros. Ecles. ex glo. in proem. 6. decret. & ex glo. in §. minor nat. Inst. de Adopt. longiorem multo terminum constituit glo. in l. Hared. comp. ff. ad l. Falc. quam nuper adduxi, quæ ad septuagesimum eam protrahit. Medici multo breviorum terminum constituunt Iuuentuti, volunt etenim ad summum ad quadragesimum sese extendere, ut plurimum tamen trigessimum quintum non transcendere. Gal. Aphor. comm. 3. Aph. 30. & com. 5. Aph. 9. extr. ord. class. Avic. prima primi doct. 3. cap. 3. Fernel. Physiol. lib. 3. cap. 10. Halyabbas, quem ante nominare decebat, Theor. lib. 4. cap. 2. Cardan. contr. med. lib. 2. tract. 5. contrad. 10.*

27 Medicorum opinionem vero magis similem, & rei naturæ esse magis consonam, demonstrare potest allata definitio, si enim iuuentus ea ætas est, quæ ab ultimo corporis augmento usque ad nativi caloris primam declinationem intercedit, patet, quod illud augmentum in 25 ut plurimum apparet, hæc autem declinatio in 35 aut ad summum quadragesimo. Tamen Iurisperiti cum dixerunt Iuuentutem ad quinquagesimum extendi, illam cum consentienti ætate unam eandemque fecerunt; neque enim in rebus agendis quicquam videtur procedere in Iuvene, quod simul non procedat in viro in ætate consistente posito, unde non erant illis hæc ætates dividendæ.

Licet autem à Iurisperitis nunquam dubitatum repererim de eo, quod nunc dicere paro, tamen, quia casus dari potest facillimè, in quo illi de ea re dubitent, ita ut Medicorum sententiam ac iudicium exposcat, dubium libenter proponam, quod est huiusmodi. An nimirum homo ante annos senectutis dicatur, vel potius in ipsis annis Iuuentutis possit in eam vitæ & corporis declinationem venire, quæ senectutem vocamus; est enim senectus, ut infra habetur, vitæ ipsius declinatio à ficitate frigiditatis juncta eveniens. Arist. 5. de Gen. Anim. cap. 4. Gal. in lib. de Marc. cap. 1. class. 3. Dubitatur ergo, an iuuentutis, vel cuiuscunque alterius ætatis termino possit quis ex hac temperie, in corpore introducta, in vitæ decrementum venire; videtur autem multum Iurisperitorum interesse, illud notum habere, ut inde definire illis liceat, an ea omnia, quæ procedunt in senibus, possint etiam ac debeant procedere in Iuvene, qui in affectum senectutis similem vel ex morbo, vel ex sui ipsius temperamenti proprietate

33 lapsus sit. senibus enim ob ætatis conditionem, imbecillitatem ac gravadinem multa privilegia conceduntur, & ob eorum etiam rerum experientiam in magna æstimatione habentur, ut infra, cum de senectute verba faciam, Deo dante, uberius dicam.

34 Duplici ergo ratione non in iuventute solum, sed etiam in teneriori ætate consistens homo potest immatura senectute præoccupari, vel enim illud ipsi accedere potest ex intrinseco temperamento, vel etiam ex morbo, ut supra annimus. Quoad primum vero Hipp. 1. de vit. rat. in aliquibus naturis tardius, in aliis autem citius advenit senectutem asseverabat, cui consentit Gal. 6. de sanit. tuend. cap. 3. class. 2. qui in ficitis naturis cito provenire senilem ficitatem fatebatur, cito ergo senescunt ob id, quod citius eorum calor ad summum pervenit incremen-

tum; ac de similibus proinde naturis dicebat Hipp. in lib. de Aer. ag. & locis, Proinde ejusmodi naturæ longæ esse vitæ nequeunt, sed ante tempus senescunt. & ratio est, quia, cum vita ex calido innato humido radicali procedat. Arist. de long. & brev. vit. cap. 3. & ibi Averr. in paraphr. patet, quod in iis, in quibus humidum majus, ac magis calori proportionatum reperietur, vita etiam longiori tempore protrahetur, ac simul ipsius caloris declinatio, unde etiam & senectus tardius advenit; contra vero ubi illud minus proportionatum, & quantitate paucum fuerit, citius consummabitur, & animal celerius in eam ficitatem devenit, quæ senectus dicitur, atque hoc pacto multo ante, quam pro annorum ratione conveniret, animal senescit, ut puta in quadragesimo, aut trigesimo anno, vel etiam multo citius, & in quolibet etiam incipientis vitæ spatio ac termino. Ergo tunc morietur homo exempli gratia in trigesimo anno in summa senectute, ac decrepitate, & erit quidem hæc propriissimè, si quæ alia naturalis mors, scilicet, quæ ab humidi consumptione, & calidi extinctione eveniet, talis enim mors dicitur maximè naturalis, ut ex Plat. & Gal. alias dicitur.

37 Sed etiam ex accidenti ac morbo aliquando senecta ante tempus adventare potest; immò de ipsis pueris firmabat Gal. 1. de differ. Febr. cap. 8. class. 3. quod aliquando ex morbo in senectutem incidunt, & de aliis etiam testatus est Arist. loco supra cit. & idem Gal. pluries. Maximè autem intensæ Animæ passiones senescere homines cito faciunt, de qua senectute Homer. Odys. 19. cum dicebat:

Statim enim in malo homines senescunt.

Et Hesiodus lib. 1. Oper. & Dier.

Mox enim in afflictione homines senescunt.

Et ante hos clarius, ac magis ad rem nostram sacra pagina Ecclesiast. cap. 30. Zelus, & Iracundia minuunt dies, & ante tempus senectatem adducit cogitatus.

Et Theocritus Idyll. 12.

Qui vero dispendio consueverunt, uno die sunt senes.

38 Non est ergo dubium ex supradictis, quod tam naturaliter, quam accidentaliter homo, & quodcunque etiam animal multo ante terminum senectutis in pluribus dicatur potest senescere: tunc igitur dubium esse potest, an ea, quæ in senes propriè dicto procedunt, debeant procedere etiam in eo, qui ante tempus vel à natura, vel à morbo lapsus est in senectutem.

39 Videtur dicendum, quod respectu eorum, quæ seni ob corporis infirmitatem, & ipsius senectutis incommoda à legibus conceduntur, etiam hic, qui vel ex morbo, vel ex sui natura ante tempus senescit, debeat dici senex, & senum privilegiis gaudere, cum & eandem corporis virtutemque imbecillitatem, & eadem inconstantis valetudinis incommoda patiatur hic, veluti quicunque senex sic propriè dicitur.

40 Quoad ea verò, quæ senibus ob rerum experientiam, notitiam, ac prudentiam tribuuntur, hunc minime senum privilegiis frui debere sentio; & ratio ejus assertio est, quia prudentiam, & experientiam ex annorum multitudinem senes habent. Aristot. 6. Ethic. Cap. 1. in l. Cum quidam ff. si cert. per. num. 38. & habes in Sacris testimonium Job. cap. 12. vers. 12. In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia. Nec ab

re Vlysses fe prudentiorem Achille jactat, cum inquit Iliad. 19.

Præstantior es me, & fortior non parum quidem
Hæstia, ego autem re prudentia superaverim
Plurimum, quoniam prior natum sum, & plura novis.
Hac igitur de re ob defectum temporis nolebat
42 Arist. loco cit. Iuvenem posse esse sapientem, quia, inquit, Prudentia requirit experientiam, quæ indiget tempore. Et cum ob eandem prudentiam ac rerum experientiam senes honoribus afficiantur, non erit hic ut senex honorandus, quia ab ea prudentia ob annorum defectum necesse est omnino illum deficere.

S V M M A R I V M.

- 1 Lex non distinguit inter Iuventutem, & virilitatem. & cur. ibi.
- 2 Nihil est apud Iroconfultus, quod Iuventuti cum virilitate commune non sit.
- 3 Virilitatis ætas non datur. contrarium num. 5.
- 4 Virilitas quid. & num. 7.
- 6 Iuventutis, & virilitatis temperamta diversa.
- 8 Cur virilitas dicatur ætas consistens.
- 9 Consistentes quoad calorem declinare incipiunt. & num. 24.
- 10 Iuventus Aetati; consistens seu virilis ætas Autumno comparatur.
- 11 Virilis ætas unde dicitur. & num. 13.
- 12 Virilis ætas propriè perfecta dici debet.
- 14 Virilitas dicitur ætas consistens.
- 15 Avicenna vocavit Iuventutem nomine Consistentis ætatis.
- 16 Illa ætas consistens dici debet videtur, in qua calor in suo vigore consistit.
- 17 Virilitas dicitur ætas consistens.
- 18 Virilitas appellatur Aetas Media. & cur. num. seq.
- 20 Eufhisius notatur.
- 21 Ad quem usque terminum extendatur Virilis ætas. & num. seq.
- 23 An omnia, quæ ad corporis robur spectant, procedant in hac ætate non minus quam in Iuventute. decide ut num. 25.

De Virilitate.

Q V A E S T I O V I I I.

39 Quamquam vix quicquam est in hac quæstione, quod pro Iurisperitis facere videatur, tamen ab ea pertrahenda, ne ordinem jam inceptum intercipiam, non desistam, neque enim omnino extra rem fuerit, Iuventuti ergo succedit ætas, quæ virilitas dicitur, sed Leges non distinguunt inter unam, & aliam, sed utramque confundunt, atque pro una eademque etiam eas accipiunt, c. ut inter divinum de sacros. Ecl. glo. in proem. 6. decret. §. sane. glo. nullus citata in §. minor nat. Inst. de Adopt. Nec mirum, ab illis in ea re ita procedi, cum nihil, aut vix aliquid sit, quod non in utraque ætate locum habeat respectu eorum, quæ in rebus agendis decernuntur. sed & Philosophi nonnulli non solum hanc ætatem inter alias numerare non consueverunt, sed ipsam dari apertissime negarunt; cum enim Aetas hæc ab iis, qui eam inter alias connumerandam esse contendunt, dicitur, esse quoddam vitæ spatium, in quo animal nec proficit, nec deficit, unde idcirco dicta sit ætas consistentia, hoc tempus

saltem notabile dari nolunt. Ita Javell. in tract. de Iuvent. & senect. cap. 3. & alii ibi. Costem in disquisit. Physiol. lib. 3. cap. 3. & alii antiquiorum, quos adducit Epiphian. Ferdin. Theor. Med. lib. 1. Theor. 19. Tamen dari hanc ætatem manifeste elicitur ex Gal. comm. Aphor. 1. Aphor. 13. & probant abunde Alb. Magn. in lib. de Iuvent. & sen. tract. 1. cap. 3. Vgo Senen. in quæst. propria ad hanc rem dicata, quæ ponitur post commentarium in primam quarti Canonis. Cardan. contrad. Medic. lib. 2. tract. 5. contr. 10. & idem Ferdin. ubi proxime.

Cum enim diversum sortiatum temperamentum 6 Virilitas non solum à cæteris ætatibus, sed à Iuventute præsertim, siquidem Iuventus calidissima est, & calidissimi sunt ipsi Iuvenes. Gal. comment. 2. de morb. Vulg. 1. tex. 78. Avic. prima primi doct. 3. cap. 3. consistentium autem calor minor est. Gal. Aphor. comm. 1. Aphor. 14. Philæus Aphor. sect. 1. Aphor. 13. non secundum rei naturam videtur esse, ut hæc ætates confundantur, & una pro alia accipiatur. Est autem virilitas ætas succedens summo animalis 7 vigori: neque enim ideo consistens dicitur, quia calor in eodem statu, in quo erat in Iuventute permaneat, sed quia sensim paulatimque deficiens, vix deficere videatur, ita ut homo & in priore pulchritudine, ac in prioribus corporis viribus adhuc consistere videatur: quoad calorem autem consistentes 9 jam declinare incipiunt. Gal. Aphor. com. tertio Aph. 30. ubi Iuventutem ætati, ut potest calidam ætatem calidiori anni tempestati, & consistentem ætatem 10 Autumno comparat, ex iis manifeste commotrans, consistentes caloris minus habere, quam Iuvenes, quemadmodum Autumno Aestate minus calidus est, quod & Ovidius Metamorph. lib. 15. significabat his carminibus:

*Excipit Autumnus, postquam fervore Iuventus,
Maturus, mirisque, inter juvenemque senemque
Temperie medius, spatium quoque tempora canis.*

Denominatur porro Virilitas à viribus, si Cale. 11 pino credimus in Diction. in verbo vir, quia tunc vires in animali vigent, cum jam adeptum est suam totalem perfectionem tam eam, quæ ad corpus, quam quæ ad animum spectat, quamobrem hæc 12 ætas propriè deberet dici perfecta, ut superiori quæst. ex Macrob. citavi, cum in hac ætate constitutus homo, & animo & corpore perfectus & absolutus videatur.

Vel dicitur Virilitas à virtute, & fortasse magis 13 apte. Alber. in Diction. in verb. vir. Tiraq. de leg. connub. par. 1. Gloss. 1. num. 55. cum propriè Vir dicatur homo virtute tam animi, quam corporis præstans; ad utrumque enim refertur, & quoad corpus passim in sacris literis vir pro forti accipitur, & similiter quoad animum; quamobrem semiviri dicuntur molles, & pusillanimes, quasi viri nomine indigni. Vnde Turnus Aeneid. lib. 12. per contemptum appellat Aeneam semivirum:

*— — — da sternere corpus,
Loricamque manu valida lacertare revulsam
Semiviri Phrygiæ, &c.*

Tiraq. in leg. connub. par. 1. Gloss. 1. num. 40. Cæterum Virilitas ab Hipp. Aphor. 1. Aphor. 13. 14 & à Gal. ibi in comm. vocatur Aetas consistens; sed 15 Avic. prima primi doct. 3. cap. 3. consistentem ætatem vocavit ipsam Iuventutem, quod nescio an potuerit Interpretis incuria accidere; si tamen ita sentire Avic. velimus, dicendum, quod illa ætas de 16 beat dici Consistens, in qua calor in summo fervore ac

re ac vigore consistit, quod quidem in Iuuentute evenire non dubitandum, cum in etate virili iam illum manifeste pene declinare supra demonstraverim.

17 Appellatur & hæc ipsa ætas Constantis, ut Cic. in lib. de senect. dicenti, Gravitas propria iam constantis ætatis, & hoc ad differentiam ipsius Iuuentutis, quæ communiter inconstans solet appellari, ut Homer. Iliad. lib. 3.

Semper vero iuniorum virorum animi instabiles sunt, quod ob fervidam naturam, ut testatur Plato 2. & 7. de Leg. illis accidit, ut quietem agere non possint, quamorbem Horat. in arte Poet. de Iuvene verba faciens:

Cereus in vitium seclis, monitoribus asper, Vilius tardus provisor, prodigius ævis, Sublimis, cupidisque, & amata relinquere permix.

De viro autem contra:

Conversis studiis ætas, animusque virilis, Querit opes, & amicitias, inseruit honoris, Commisit se cavet, quod mox mutare laboret.

18 Præterea (cum de hac ætate nihil occurrat discutendum præter nomina) appellatur hæc ætas Media; dici enim Ætas media circa quinquagesimum annum, traditum est in Aurb. Quom oportet. Episc. 5. Quanta igitur. Et videtur idem sentire Gal. comm.

1 Apor. 13. iniquens, Appellat autem ætatem habentes consistentem, qui mediam ætatem habent inter Iuvenes, & Senes, quin & idem nomen sortita videtur apud Cic. in lib. de sen. dicentem, Num ea iam Constantis requirit ætas, quæ Media dicitur? sic & apud Cels. sue Med. lib. 2. cap. 1. neque ab re dicitur Ætas hæc Media (apud Iurisperitos præcipue, apud quos nullo alio nomine insignitur) quia participat tam ætatum incrementum, quam decrecentium, & inter utraque media habetur. Ex quibus notandum videtur Fuchsius com. Apor. primo. Aph. 13. qui Mediam ætatem non consistentem, sed declinantem esse dixit, merito igitur notatur à Valles. lib. 1. loc. com. cap. 10. cum tamen ipse Valles. ibid. cap. 1. Mediam ætatem, & Iuventutem unam eandemque ætatem facere videatur: tamen Fuchsius potest suam assertionem defendere, si ita declare suam sententiam, ut respectu nativi caloris hæc ætas declinans dici possit.

Ad quem autem annorum numerum in pluribus sese extendat hæc ætas, Iurisperiti non definiunt ob id, quod dixi, ipsos non distinguere inter hanc ætatem, & Iuventutem, quamorbem Iuventutem, seu

21 Virilitatem, ut ipsi dicunt, ad quinquagesimum annum extendi voluerunt, cum tamen ex Galeno, ac cæteris Medicis, quos supra adduxi, pateat, Iuventutem multo citius finire. Sed idem Gal. cit. com. 3. Apor. 30. Virilitatem seu consistentem ætatem dicebat à trigesimo quinto anno, in quo terminatur Iuventus, ad duos sequentes septenarios perdurare, ita ut coincidat cum Iurisperitorum opinione, eam scilicet quinquagesimo anno suum terminum ultimam fortiri.

22 Sed, ne omnem operam iussisse in hac quæstione videamur, queramus pro Legumperitis, num ea omnia, quæ in Iuvene, quoad corporis spectat robur & firmitudinem, locum habent, debeant etiam procedere in consistenti ætate, & ratio dubitandi est, quia, ut supra diximus, Consistentes iam declinare incipiunt, ita ut vires corporis in ipsis deperdit consequens sit, nam & sanguine, & spiritibus minus, quam Iuvenes abundant. Gal. cit. Apor. 30. secl. 3. quamorbem iure de ea re ambigunt.

His tamen non obstantibus, dicendum videtur, homines in consistenti ætate, non minus quam in iuvenili posse & corporis, & multo magis animi virtute uti: nam & pristinum robur quoad corpus adhuc retinent, & animo etiam maiore præditi sunt, ita ut ob hoc ipsum multo magis, quam Iuvenes etiam ad corporeas actiones apti videantur, faciunt quæ adduxit Epiphani. Ferdin. ubi supra, apud quem, quæ ad hanc rem aptari possunt, legitur.

S V M M A R I V M.

- 1 Senectuti multum tribuunt Leges.
2 Senectutis miseratio habetur.
3 Senes torqueri non debent.
4 Senes levius in delictis puniuntur.
5 Senectus quid. & num. sequenti. Vide num. 8. & num. 12. & num. 13.
7 Animal in ætate consistenti declinare incipit.
7 Manifesta animalis declinatio apparet in senectute.
10 In senectute animal transit ad frigidam & siccam temperaturam.
11 Senectus est via in corruptionem.
14 Omne animal respectu sui ipsius calido & humido est temperamento à nativitate.
15 Ortus proxima calidissima & humidissima.
16 Termina senectutis plurimum variant.
17 Nihil ceteras ætates præter pubertatem accelerat, aut retardat.
18 Senectus ex multis causis retardari, nempe accelerari potest.
19 Senex quis dicatur.
20 Glo. nimis proterbens Iuventutem, nimis simul senectutem distulit.
21 Senectus in tres partes divisa.
22 Prima senectutis pars.
23 Secunda senectutis pars.
24 Senectus tertia pars.
25 Senectus termini qui.
26 Senectus bipartita.
27 Prima Senectutis pars, & ad quem annum extendatur num. seq.
29 Secunda senectutis pars.
30 Senex quis dicatur Iudicis arbitrio relinquuntur.
31 Præcipuum senectutis administrativum est viri defectus.
32 Senex dici non potest, qui vires habet integras.
33 Senes nulli robur habent.
34 Iuvenis dicitur, qui senex non est.
35 Primum, quod in senes considerari debet, est, an vires habeat, nec ne.
36 Iuvenis in Iuventutis termino potest senescere.
37 Idem homo uno eodemque tempore & senex, & juvenis dici potest.
38 Senex quando quis dicatur. & num. seq. & 40.
41 In prima senectute constituti civilia negotia obire possunt.
42 Senex ad effectum, ut quis à publicis muneribus vacet, quando dicatur. & num. 43. declaratur ut num. 44. & num. 47. Vide etiam num. 48.
45 Ad quosdam peculiare effectus non relinquuntur arbitrio Iudicis, quis dicatur senex.
46 Supra 60 annum omnibus convenit, ut senes dicantur.
49 Quibus muneribus vacare permittantur senes.
50 Terminus generationis quis sit. & num. 51. 52. 53. & num. 58.
54 Viri centum annorum generantur.
55 Supra septuagesimum nullus generat masculum.
56 In feminis citius deficit generandi facultas.
57 Femina quamdiu menstrua patitur generare potest.

59 Coarctatus non habet pro monstroso, ut Lex partum supra quinquagesimum factum.

60 Nulla regna ex his sumitur, quæ de raro contingunt.
61 An Senectus debeat dici morbus. affirmare numero seq. contrarium num. 63.

64 Senes Iuventibus egrotant minus, declaratur ut num. 70. & 71.

65 Senectus ægra vocatur.
66 Senum sanitas non absolute sanitas.

67 Senectutem esse morbum. & num. 68. 69. & 72. contrarium num. 73.

74 Infirmitas est habitus cuiuscunque corporis præter naturam.

75 Morbus quid sit.
76 Stans sensum, quicumque sit, naturalis est.

77 Aliqui effectus, qui in aliis ætatibus præter naturam dicuntur, in senibus sunt naturales.

78 Senectus quomodo ab Arist. vocata sit morbus.
79 Senectus si aliquo modo dici debeat morbus, naturalis magis est dicenda.

80 Senum sanitatem non esse absolute sanitatem, quomodo intellexerim Gal. & Avic.

81 Senes non se habent præter naturam.
82 Senectus debet accipi, prout divisa est à Gal. in tres partes, cum decidi debet. an dici aliquo modo possit infirmitas.

83 Infirmi nomen Seni in quantum Seni non convenit.

De Senectute.

Q V A S T I O I X.

Sed jam tempus videtur, ut de Senectute differamus, cui multum tribuere leges, patet ex iis, quæ adducit Masc. de probat. concl. 1295. n. 1. vol. 3. nam multis gaudet privilegiis, eisque peculiaris miseratio habetur glo. fin. in l. Auxilium. §. sed ut ff. de minor. quamorbem nec torqueri, nec ullo tormentorum genere affici possunt senes. Masc. ubi supra. num. 6. quinimo levius in delictis puniuntur. Glo. in l. Aere ff. de reg. Iur. Farin. in præf. crim. lib. 3. Tom. 1. par. 2. quæst. 42. num. 23.

Multum interest ergo Iureconsultorum, scire quinam proprie senes dici debeant, & quenam ætas proprie senectus dicatur. Ac profecto senectus, ut habetur in lib. fin. Medic. Gal. adscripto in lib. Isag. est ætas, in qua diminuitur animal; cui definitioni non dissimilis assertur in lib. definitionum Plat. adscripto, hoc est, senectus est imminutio animalis à tempore contingens.

Cum tamen, ut in superiori quæst. jam diximus, animal in consistenti ætate declinare, ac diminui incipiat, non ab re in altis definitionibus adverbium illud manifeste, vel adjectivum illud manifesta, addendum videbatur: nam tametsi in consistenti ætate animal declinet, tamen manifesta declinatio non apparet, nisi adveniente senectute, ut testatur Plato in Timæo trans. Med. tunc enim fit transitus ad frigidam, & siccam temperiem, ut elicitur ex pluribus Gal. locis, & confirmat Fgo Senen. in art. par. Gal. lib. 2. part. 20. ob hunc enim transitum ad temperiem, vitæ ipsi contrariam, recte Arist. Polit. 2. senescere, dicebat, viam esse in corruptionem, cum qua sententia convenit Gal. de Temp. 2. cap. 2. class. prima. quam sapienter ergo Alexis ille Menandri comici patris iam senectute confectus interroganti cuidam, quid ageret, respondit, Paulatim morior. Sed

12 Arist. in lib. de Iuvent. & senect. cap. 14. senectutem hoc pacto definiit, Senectus est primæ refrigerati-

tivæ particulæ decrementum, hoc est caloris naturalis defectus: nam id pro prima refrigerativa particula ipsum intellexisse, pro uunc supponamus; neque enim vacat eam definitionem longioribus enodare, nec aptus hic locus ad eam rem esset.

Apertius senectutem definiit Gal. 5. de san. tuend. 13 cap. 9. class. 2. dicens, Senectus est frigidum & siccum corporis temperamentum, amorum multitudinis ratione proveniens. nam tametsi animal à suo primordio frigidum & siccum temperamentum sortitur, tamen non poterit dici semper in senectute fuisse, nisi cum ex annorum multitudine tale temperamentum habeat: omne enim animal respectu sui ipsius à nativitate calido & humido est temperamento (cum, quæ ortui proxima sunt, humidissima & calidissima existant. Hipp. in 1. de Vict. ra. prope finem) licet comparatione temperati animalis, frigidum & siccum existat; temperamentum ergo senectutis respectu sui ipsius considerari debet ita, ut in frigidum & siccū lapsum videatur animal, cum antea respectu sui ipsius calido & humido dotatum fuerit.

Termini porro huic ætati constituti præ cæteris variare videntur, quippe cum & ipse huius ætatis adventus plurimum, quam accessus aliarum ætatum evariet, & manifestius etiam, quam aliarum se prodatur; siquidem alias ætates, una excepta pubertate, neque accelerare, neque retardare evidenter quicquam posse videtur, sed quæque, prope intrinsecum animalis feret temperamentum, præscripto tempore mutationes proprias sortitur, at senectus & à morbis, & à curis, & à victus ratione, & à laboribus evidenti-

18 dentissime & acceleratur, & retardatur. Videtur ergo difficilius esse, quam in aliis ætatibus huic suos terminos præscribere, ejus tamen rei plures opiniones refert Menoch. de arbit. lib. cas. 3. 59. per totum, quas apud ipsum videre cuicumque licet.

Generaliter tamen dici senex, inquit ipse ibid. num. 1. ab anno quinquagesimo. ita Abb. in c. quon. frequen. num. 18. ut lit. non contest. & in c. si qui test. num. 7. de Test. & attestat. quem & ipse adducit. Gram. decis. 34. num. 4. Apud Sinenles etiam (qui maxime politicæ studere se profitentur) transacto quinquagesimo anno viri inter senes connumerantur, teste Trigantio lib. 1. de Christian. Expedit. apud Sinas cap. 7. Et fortasse mature nimium; aliàs enim longæ ætatis sunt & robusti, cum eà usque ad 70. viridi non destituantur, teste eodem ibid. cap. eod. Sed Iurisperitorum alii voluerunt senem dici tantum eum, qui 60 annos agit. Capuaq. decis. 31. par. 1. Menoch. de Arbitr. Casu 54. per totum. Rota in Sabin. Allevionis. 15. Novemb. 1621 coram Pirovano. Sed Gloss. in l. Hered. comp. ff. ad l. Falc. & Felu. in citato c. si qui test. num. 6. nimis protraxisse videntur Iuventutem, senectutem vero nimium distulisse, cum Iuventutis definitis, & incipientis senectutis terminum septuagesimum annum posuerint.

Gal. 5. de san. tuend. cap. ult. in f. class. 2. quem etiam ex alio auctore citat Menoch. ubi sup. in tres partes divisit senectutem, maiorem & minorem corporis imbecillitatem, viriumque diminutionem præ oculis habens. primam autem ejus partem crudam, & viridem senectutem vocavit, de qua fortasse etiam Homer. intelligebat Iliad. lib. 23. vers. f. dicens:

Cruda senectæ autem ipsum ajunt esse. Et Virgil. 6. Æneid. — sed cruda Deo, viridisque senectus. De qua etiam Iuvenal. Satyr. 2. Dum nova canities, dum prima & rella senectus.